~~[MA 1278]~~ ~~n. 31 f. 115a bis 120a~~] ~~5~~

239

ipsorum cum pilatura et balsanatura mercaturis[a] et signis eorum, et quorum et qualitatum animalium, etiam cuius sexus et temporis animalium mortuorum ipsa coria extiterunt, ac tempus et locum presentacionis coriorum ipsorum et vicacionis et combustionis mercorum eorum, per te in tuo raciocinio producendas. et in principio anni cuiuslibet fieri facias quattuor puplica consimilia inventaria, continencia: Omnia animalia aracearum ipsarum tempora pilaturas balsanaturas et mercaturas ~~et~~ ac signa omnium animalium ipsorum et res omnes, que invente fuerint in araciis ipsis, cuiuscumque sint qualitatis et generis in principio anni cuiuslibet, ita quod nullum de animalibus ipsis et nichil de rebus aracearum ipsarum penitus dimittatur. numerum etiam et pilaturas pultrorum et pultrarum ~~et~~ natorum in araciis ipsis distincte de annis singulis tempore officii tui, que et quot de iumentis gravida fuerint, et si aliqua ex eis forsan pacientur aborsum, et nascituram eciam pultrorum et pultrarum, postquam iumenta pepererint, etiam qui vel que et quot vivi remanserunt; de quibus inventariis tibi retineas unum[a],[b] aliud prepositis aracearum [sub te dimittas, tercium predicto vicemagistro iusticiario et quartum predictis magistris racionalibus infra primos IIII menses indicionis cuiuslibet sub pena quinquaginta unciarum auri destinare procures. quorum inventariorum continenciam similiter in duobus quaternis transcribi facias, et unum ex quaternis ipsis marestalle nostre magistro et alium predictis magistris racionalibus sigillatum sigillo tuo simul cum predictis inventariis destinabis. expensas quoque in ~~et~~ pecuniam ~~pecuniam~~ et frumento ~~et~~ pro ordanda iumentariis ~~iumentariorum~~

a) &
b) [ipsarum

a) fehlt Kon.
b)